(7) 29 27

Pro discussione hor(um) art(iculo)r(um) premitto tria suppo(si)ta nec(essari)a ad eor(um) intelligen(tiam).

P(rim)um sit quid et quotuplex sit sacrificium et in quo differat ab im-
molatione et oblatione. nam iux(t)a Ciceronis doctrinam. omnis dis-
lib. 1. offi. putatio a diffinitione rei de qua disputatur initium sumere debet
ut intelligatur id de quo agitur.

Sacrificium teste Aug. 10. lib. de ciuit. dei. c. 6. est omne opus quod agitur
ut charitate inhereamus deo, relatum ad illum finem boni, quo veraciter
boni esse possimus. / et S. Tho. 3. p. q. 48. ar. 3. sacrificium dicitur
aliquid factum in honorem proprie deo debitum ad eum placandum.
/similes diffinitiones dant alij et sanctis doctoribus, eadem
in sententia, quamquam non nihil verbis differant. que omnes intelliguntur de
sacrificio proprie sumpto, et comprehendunt omnes acceptiones sacrifi-
cij, que sunt tres.

P(rim)a accipiendo sacrificium large pro quocunque actu bono in deum
relatum siue ad ipsum placandum, siue ad gratias agendum illi
siue ad aliud bonum finem, secundum quam acceptionem, ieiunium, oratio, cor-
dis contritio etc. dicuntur sacrificia iuxta illud ps. 50. sacrificium
deo spiritus contribulatus, cor contritum etc.

2a. acceptio est quando offertur aliquid preter actum offerentis, ut
eleemosina oblatio decimarum primitiarum, similes et aliarum etiam
rerum inanimatarum que fiebant in lege veteri. erat proprie sacrificium.

3a. acceptio est quando illud quod offertur consumitur seu sacratur. et
hec est proprissima acceptio sacrificij hoc enim sonat nomen sacrificium
seu sacrificare, facere sacrum seu sacratum. /

ex his sequitur P(rim)o quod ratione sacrificij non est mors, nam sacrificium
melchisedech erat verum sacrificium et tamen fuit incruentum et multa
alia veteris legis. / est tamen mors ratione immolationis, dicitur namque
immolatio a mola, que erat quedam confectio ex farre cum sale
facta ad signanda animalia que erant sacrificanda, que postquam

erant signata dicebant immolata .i. destinata morti in sacrificium
Unde Paulus   Pascha nostrum immolatus est christus .i. occis
et luc. 22. necessarium erat occidi pascha .i. immolari. et apoc. 13. agn
qui occisus est ab origine mundi .i. immolatus in sacrificiis veteris
legis, et gentilium quae etiam erant figura sacrificii christi cruenti, ut
dicit S. Tho. 3. p. q. ar. . / Unde ista nomina sacrificium
et immolatio se habent sicut superius et inferius, quicquid enim est im-
molatio est sacrificium et non econtra. / et ambo sunt inferiora ad
oblationem, oblatio enim nomen commune est, quod verificatur non solum
de sacrificiis factis deo, sed etiam demonibus ut diis falsis, imo
de donis quae dantur hominibus, omnia enim haec dicuntur oblationes. et n
sacrificia proprie. ut patet ex diffinitione data. /

Sequitur 2º quod vera sacerdotia non requirunt immolationem, sed
sacrificia tantum, nam Melchisedech fuit verus sacerdos, et sacerdos
dei altissimi et tamen non legitur immolasse, sed tantum sacrificasse. gen.
Unde in nova lege quamquam non sint immolationes, sunt veri sa
cerdotes, quia est verum sacrificium quod quotidie offerunt, scilicet corpus
et sanguinem christi. / immo perfectius est sacerdotium nostrum hac ratione
nam in lege veteri non petebat deus sacrificia cruenta ut signum
et necessarium esse illa offerri a veris sacerdotibus, sed ut homines co
noscerent se dignos esse morte propter peccatum quod nondum erat r
missum, et ne homines occiderentur, occidebantur animalia bruta
sed post christi mortem, cum iam sit peccatum plene remissum, et
deo plenissime sit satisfactum, non petit amplius hostias cruentas

Sequitur 3º excidisse christum non se immolasse in cruce quia non
se occidit, licet se obtulerit, de ratione enim immolationis est mors
ut dictum est, bene tamen fuit immolatus, a iudaeis scilicet non a se. Unde S.
Tho. 3. p. q. 83. ar. 1. non querit utrum christus immolet se in missa
sed utrum immoletur. / et in scriptura semper loquitur passive, christus fuit im-
molatus. nunquam active se immolavit, neque memini me invenisse

hunc

hunc modum loquendi apud S. tes aliquem doctorem, neque
est apud nos S. tu antiquis et quamuis S. Tho. non neget expresis verbis
christum non se immolasse, elicitur certe ex eius doctrina et ex
dictis euidenter. /

2m. suppositum sit. christum esse vere et realiter et substantialiter
in missa seu eucharistia, hoc siue disputemus cum hereticis siue cum
catholicis supponendum a nobis est tamquam fundamentum et basis totius
huius dificultatis, a qua rei veritas dependet, nam ex hac
christi praesentia dependet missam esse sacrificium ad minus propitiato-
rium, quod negant heretici. / ut inferius patebit

3m. suppositum sit, in missa tunc proprie offerri sacrificium deo patri
quando fit consecratio, et quando panis et vinum in verum corpus et
sanguinem christi conuertuntur seu transsubstantiantur. et ipsam
consecrationem esse oblationem non formaliter sed identice. /
hoc probatur primo missa ut sacrificium est, est repraesentatio passionis et
mortis christi, non ut sacramentum. sed haec repraesentatio fit in ipsa consecratione
corporis et sanguinis christi, et tunc incipit fieri quando consecratur corpus
separatum a sanguine ex vi verborum. ergo tunc est sacrificium
Vnde sacratione eucharistia conficitur sub duabus speciebus panis et vini
separatim, ut sacrificium est, non ut sacramentum. (ut repraesentet in quantum
mortem christi, nam ut sacramentum poterat confici sub una specie, et esset
verum tunc sub una, imo sunt aliqui qui dicant nunc sub qua-
libet esse sacramentum integrum, quod non credo quamquam sit
verum sacramentum ut definitum iam est in hoc sacro concilio. ses. 5.

Vnde de ratione sacrificij
est tantum conficere et offerre
non autem sumere sed hoc
est tantum de integritate, sicut
satisfactio est pars integra
lis penitentiae, et aliae dua
[illegible]entiales. s. contritio et confessio
sicut in baptismo sola prolatio
verborum et effusio aquae
sunt de essentia, et re
liqua quae in illo fiunt sunt
de eius integritate et
ornatu, quamquam omnia simul
vocantur baptismum, sicut omnia quae
in missa fiunt dicuntur missa. /

2°. praesentia christi non requiritur in eucharistia ad rationem ~~sacrif~~ sacramenti
ut patet ex alijs sex sacramentis in quibus christus non est realiter praesens sed in hoc,
sed ad rationem sacrificij propitiatorij, ergo statim quod est christus est
sacrificium propitiatorium et ita in ipsa consecratione. /

3°. omnes fatentur ante consecrationem non esse sacrificium, sed statim post
illam. ergo in ipsa consecratione offertur. /

UGR Biblioteca Universitaria

p. hocq3 ex serie verborum canonis. nam statim dictis verbis
cōsecrationis, ponuntur verba oblationis, que sunt illa, hec quo-
tiescumque fece. in mei memo. fa. Vnde et memo. dne nos servi tui &c. offeri-
mus preclare ma. tue. hosti. puram &c. que si possent dici simul
cum verbis cōsecrationis, dicerentur, sed quia hoc non est possibi-
le dicuntur immediate post illa. / sicut christus dum esset in cruce
dixit antequam emitteret spiritum, illa verba consumatum est, que tamen
nō fuerunt verificata usque ad ipsam mortem seu punctum mortis, quia
n. erat terminus omnium passionum, et tamen quia post mortem dicere
illa nō poterat, dixit immediate ante, neque tamen hoc tollit eorum
veritatem. / Et multis alijs modis ex quotidie cōtingit quod sic Sed
p. christus fuit immolatus in cruce in puncto in quo obijt et eius signum
et ovis et tunc propriè immolabatur quando moriebatur, et alia erat sacri-
ficia incruenta quando descendebat ignis de celo et cōsumebat ea,
ut patet de sacrificio Elie cōtra prophetas baal et de sacrificio paretu sa...
ergo et in missa tunc offertur christus, quando panis et vinum desinunt
esse et christus incipit modo in representatione et imagine, hoc autem fit
in ipsa cōsecratione. / Vnde in qua, tunc
offertur sacrificium propriè in missa, cum panis et vinum transeunt in
corpus et sanguinem christi et sic in christum qui fuit oblatus et mortuus in...
aut tunc propriè offerebatur ovis cum de viva transibat in mortuam
nō ante nec post. / et s. Tho. 3. p. q. 8. ar. 12. 3. dicit, repre-
sentatio propriè passionis christi fieri in ipsa cōsecratione.
His suppositis ad articulos iam respondetur. ad primum per duas cōclusiones
Prima missa est verum et proprium sacrificium / hec probatur primo ex diffini-
tionibus et acceptionibus sacrificij datis, secundum quas missa est propriè
sacrificium. 2º ex cōi et concordi omnium sanctorum et doctorum sententia
cōciliorum. Dion. clemen. igna. iren. tertul. orig. hila. eus.
cypria. amb. Aug. hiero. grego. bernardi. magistri sen. s. Tho.
et omnium scholasticorum. / et pontificum Alexan. Thelesphori. innocentii
leonis

leonis, conciliorum Niceni. Ephesini. lateran. constanti. et
aliorum quorum auctoritates alibi habes. omnes isti hi doctores et con-
cilia fatentur missam esse ~~[struck]~~ sacrificium et multi alii, et nullus
oppositum asserit. certum ergo fuit semper in dei eccl. missam esse sacrificium
neque cavillatio hereticorum dicentium hos Patres et concilia appe-
llare missam sacrificium translato nomine aut per metaphoram sicut
homo pictus dicitur homo, aliquid valet, quia isti sancti appellant
sacrificium verum plenum utile, efficax. sacrificium horrenda, tremenda.
et multis aliis nominibus huiusmodi, que dici non possunt de sacrificio trans-
lato nomine, sicut nec de homine picto qui est verus homo, plenus utilis
efficax. horrendus etc. et s. tho. 3. p. q. 22. ar. 6. 2. sic dixit
in nova lege verum sacrificium communicatur fidelibus sub speciebus panis et
vini. / et hoc est commune hereticorum refugium, convertere omnia ad
tropos et figuras, quando ~~in~~ sunt loca aliqua scripture clara que ipsis
adversantur aut auctoritates sanctorum que alias expositiones tortuosas
pati non possunt, sicut etiam interpretantur tropice aut figurate verba
illa hoc est corpus meum, / nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto etc. quorum remiseritis peccata etc. et multa alia. /

alexander halensis 4 p. q. 37. memb. 2. ar. 1. in fine vocat eum verum sacrificium et summum. /

Probatur hec eadem conclusio primo ex authoritate illa. Mala. 1. non est mihi
voluntas in vobis etc. pondera omnia eius verba. Item ex dani.
Item ex Paul. 1. cor. 10. quas alibi habes expositas.
Item ex illo ps. 50. benigne fac domine in bona voluntate tua Sion ut edif.
muri hierusalem. tunc acceptabis sacrificium iustitie etc. quod intelligitur de hoc sa-
crificio altaris. nam postquam propheta dixerat, quoniam si voluisses etc. quasi
dominus non delectabatur sacrificiis veteris legis nec ipsa volebat,
ergo sacrificium quo delectabatur erat cordis contritio, subdit
benigne fac domine etc. ac si diceret, dignare domine quod veniat tempus
in quo per mortem filii tui debet reedificari muri hierusalem, quia
tunc acceptabis sacrificium iustitie. / per illud [illegible] (et hoc est
sacrificium altaris. quia de nullo alio intelligi possunt verba haec. /

UGR Biblioteca Universitaria

℣. missa ē ex euang. ut deffinitum est in concilio constant. contra Joanem Hus. / ℟. eadem ē ptas consecradi et sacrificadi; cu ℟ ptas consecradi data sit illis verbis hoc facite etc. g.º et ptas ~~consecrandi~~ sacrificandi.

℟. ex illo luc. 22. hoc facite in meam commemo. (ubi precepit sacrificare, nā cum ipse cōsecrauerit, obtulit, in ipsa n. cōsecratione fit oblatio, ut iam dictum est) ergo ipse obtulit et sacrificauit g.º precepit sacrificare, nā precepit facere quod ipse fecit. s. cōsecrare, offerre, sumere, distribuere etc. /

Vnde hec verba hoc facite etc. nō obstant hanc cōclusionē, qz ibi facere in ppria sigcatione accipiat pro sacrificare (ut aliqui dixerunt) nā licet veru sit, q aliqn accipi pro sacrificare (ut probarent ex sacris, nō tn accipi semp, neqz pp se, nā si ter uel quater accipi pro sacrificare, milles accipi pro facere, vnde heretici potterunt negare qibi accipiat pro sacrificare. / ℟. qz semp qn accipi pro sacrificare, cognoscit ex precedentibus uel sequentibus, ut qn dicit, facere vitulos, facere boues. i. sacrificare vitulos etc. hic aut hoc probari nō pt ex precedentibus nec sequentibus. / ℟. qz d. Paul. 1. cor. 11 allegat eadem verba formale, et nō accipit facere pro sacrificare nā loqt ad corinthios, qui seculares erāt quibus dicit q qn sumunt corpus et sang. christi faciant in cōmemo. christi. Item qz dicit hec quotienscumqz biberetis in mei memo. fa. / unde constat q in potatione precipit fieri hanc cōmemo. /

Item et ~~[illegible]~~ illa verba, qd dat, uel, quod tradidit, nō probant christum se obtulisse in cena, nec illa qd pro vobis effundit, ut aliqui dixerunt, qz ibi christus nō loqt de oblatione facta in cena, sed de oblatione qua se obtulit in cruce. neqz rōnes quibus hoc probatur sunt alicuius momenti, fuerunt duo, P.ª qz loqt de pnti christus, dicendo, dat, tradit, effundit, g.º de oblatione cene, 2.ª qz ibi tradidi, accipit pro sacrificare. / istae (inqz) rōnes, nihil cōcludunt, nō p.ª qz aliqui ~~de~~ euangeli.ta dicit, effundet, tradidet. item qz hic christus dicit, et de pnti, manus tradentis me mecu est in mesa, et tn loquebatur de futuro, qz tunc nō tradebat sed tradi incipiebat. /. item qz cum christus dixit illis duobus aplis germanis, potestis bibere calicem quem ego

ego bibo, et baptismate, quo ego baptizor, baptizari, / de pati loqbat(ur) — *[margin: loqbat de sua passione]*
et tn sensus est de futuro, sic (inqt) fecit in cena, qn dixit, qd
vobis tradit, effundi, sensus est, tradet, effundet. /
neqz 2a ratio et valet. pº qr nunqs alias accipit ~~intra~~ tradi pro
sacrificare in scriptura, 2º qn chrs dixit in cena, manus tradē„
tis me mecu &c. no voluit dicere .i. sacrificatis. et qn dicit euangelista
de Juda, qui tradditurus erat eum, no intelligit .i. sacrificaturus.
3º qn dicit, qd tradit, no intelligit .i. sacrificat, na iste loquutio„
nes univoce sunt oes, et univoce accipit tradere seu tradditio.

3. arg. r — Ex dictis sequitr responsio ad 3m argum qd illis verbis hoc facite
&c. precepit chrs aplis consecrare et offerre corpus et sangn. suum
no qr facere accipit p sacrificare, sed qa precepit facere qd
ipse fecit, ipse aut consecrauit et sacrificauit (ut diximus). /

r — 2a conclo respondens pº argº. Missa est comemoº sacrificij in cru„
ce peracti. hanc conclones no negant aduersarij, sed concedunt,
inferunt tn ex illa oppm pe conclis. ergo missa no est veru sacrifm.
Unde hoc nobis probandum est qd iste concles due, no pugnant ad„
invicem, et ut magis appareat veritas corroborat argm hereticorum.
Argm est. Missa est comemoº repntaº et imago sacrificij peracti
in cruce ergº no veru sacrifm. sicut bapms e repntaº mortis et
sepulture chri, no tn sacrifm / confirmat qr imagini et imagi„
nato no pt unic eadem forma ratio convenire univoce, sicut homo
pictus qui est imago viui no est homo verus, et homo fortis qui
est imago leonis, no est leo verus. /
ad hoc Rº notando etiam ee inter, repntatione seu comemoratione
uel memoriam, et imaginē. duo .n. pª pnt stare cu vera rone illius
rei qua repntant, ultima aut no / v.g. veru sacrifm pt ee ~~repntaº~~
et comemoº uel memoº sacrificij, no tn imago unic. / ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ , ut vera cena pt ee repntaº alte„
rius cene, no tn imago. Unde ad ppm dico qd missa est repntaº

UGR Biblioteca Universitaria

et memoria passionis christi, et simul verum sacrificium / non tamen est ma[gnum] passionis magnum tum sacrificium fuit passio christi, sed magnum tum immolatio[nis].
Et ita missa quamquam sit verum sacrificium non tamen est vera immolatio sed translato nomine aut per metaphoram sicut homo pictus d[icitur] homo, et homo fortis leo / et sicut crux dicitur altare, et altare crux /

Ar. 2. [Ad 2.] In 2o Ar.lo tangit Arg.m quoddam haereticorum praecipuum, su[mp]tum ex verbis Apostoli ad heb. 7. et 10. semel christus oblatus e[st] una oblatione consumauit in aeternum sanctificatos &c. ex quibus inferunt s[u]perfluum esse missae sacrificium et derogare sacrificio crucis. / Arg.m hoc alibi habes solutum. / Nos tamen breuiter. passiones christi [pro]cessere velut causa vniuersalis, quae agere nequit sine concursu et applicatione causarum particularium, vnde necesse sunt causas particulares quibus illa [no]bis applicet. vna autem inter alias est hoc sacrificium / et hoc arg[umentum] non solum de missa, sed de omnibus sacramentis, de omnibus alijs operibus bonis currit, et sic soluit. S. Tho. 3. p. q. 49. ar. 4. q. / et im[o] sicut sacramenta non derogat passioni christi et secundum haereticos, quorum a[lij] quae ponunt 7. alij 6. vel 5. aut 4 &c. sacramenta, ita neque sacrificium missae sicut et orationes christi, quibus ad dexteram patris sedens, ora[t] pro nobis, et offert patri sua vulnera. Rom. 8. non derogat eius pa[s]sioni, / vide haec omnia alibi latius /

In lege Mosayca praeter paschalem agnum qui exo. 12. semel immolari iubebat praecipiebat ut singulis diebus duo agniculi immaculati quotidie offerrent in holocaustum sempiternum. vide num. 28.

Alios omnes Ar.los habes alibi late probatos. Sed ad 6.m respondea[m] breuiter duabus propositionibus. 1a christus non miscuit aquam vino in caena haec est fere communis haereticorum praeter aliquos qui opp.as aserunt, ut alibi &c. duabus tamen rationibus illas persuadeo. / 1a quia fere omnes, quotquot sunt, aquam miscendam esse vino in calice probant ex illo quod in cruce ex[i]uit aqua et sanguis de latere christi, et propter aliquas significationes, [n]ihil dicunt de mixtione christi, si autem christus miscuisset, ibi funda[re]nt eos / Ergo si christus miscuit. Vnde semel aquam non esse ma[teriam] sacra[menti].

De vasis sacris vide v[.] osius in confe. catho[li]ca c. 90. fo. 281. 282.

sacra.ti / hac n. rone qr chrus cofecit et cosecrauit in pane et
vino suum corpus et sanguinem, fatemur hec ee materia
neca huius sacrati. / si miscuit aqua cu vino, et aqua
erit mra, qr no constat oppm ex verbis chri, eade ratio
hec mihi satis psuadet hanc cocl. /

neq ro illa, qr chrus misceverit pp sobrietate aliqd co,,
cludit. qr si miscuit, no est credendum qd miscuit in
tanpaua sed in maiori, et ita et teneremur nos
in maiori miscere et. /

ad 3m ex cocily florentim. R deo ipos no hoc decreuisse tm
catholicos, sed et oppm gemis .s. qr miscuit. /

2 2a. Propo. quis chrus no misceverit aqua vino, tn miscere
no est cotra eius institutio, sicut nec alie ceremonie sle
quas addit sta ecca que regit aspectu ad pias aliquas
sigcatios. / hec aut mixtura sigcat vnione populi qr per
aqua sigcat, cum ecca / et repntat, qd factu est in chri
passio. illus impps fluxum, aque et sanguinis. /

13. Ar. 2 Veritas vltimi ar.li .s. qr missa sit sacrifim ppitiatom pendet
ex veritate pntis chri in euca., si n. chrus est qui offert
qr in hoc sacrifio. quare no erit ppitiatom pro peccatis, pro viuis
et defunctis et alijs necessitatibus. Vnde oes heretici qui ne,,
gant missam ee sacrifim ppitiatom negat et pntia chri
in missa et incidunt in sacrarios, et sic lutherus, qms a
principio ipse no negauerit sane pntia chri, tn posteaqm de,,
ceptus a Bucero et carolstadio, negauit missa ~~no~~ ee sacrifim,
negauit et, chrum ee in illa, nisi tm in vsu sicut in alijs
sacra. / sic et oes doctores sti qr scripserunt anteqm hic
no. Error negantium missa ee sacrifim ppitiatom, eet fidei ecca. /
postqm determinarut pntia chri in missa no queat sic An

Missa sit sacrifm̄, q̄ ex pª veritate seq̄ evidenter, sed qu
runt ulterius utrum sit vere immolatio, q̄ hoc nō seq̄r ex
illa veritate. sic facit S. Tho. 3. p. q. 83. ar. 1. / Unde tam
vere et p̄prie est sacrifm̄ q̄ est sacram̄ et ita S.
Tho. p. 12. q. 101. ar. 4. ad 2m̄ p̄bat hoc sacram̄ ēe sacrif
q̄ continet chrm̄. /

v Magna est dificultas An chrūs in cruce sacrificaverit s̄m
ordinē Aaron vel s̄m ordinē Melchisech. de quo latius
hēs alibi. / et resolu.º est q̄ precipue sacrificavit s̄m ordine
Melchisedech, pro quo facit epla Pauli ad heb. / et ps. 109. tu
est sacer. in eter. s̄m ord. melch. q̄d adimpletum est in cruce
in qua chrūs obtulit suum corpus et sang. qui erat panis et
vinū, de quo ipse Joa. 6. panis quē ego dabo s. in cruce, caro
mea est p̄ mundi vita, unde ex hoc loco nō sumit cathcm̄
ad p̄bandum chrum̄ sacrificasse in cena, q̄ q̄ si sacrificavit
verificat et hec p̄phetia de sacrif.º cene, q̄d fuit in pane
et vino, / ex Paulo ad heb. nullo mº p̄bat q̄ sacrifm̄ misse.

3. p. q. 22. ar. 6. ad 2. / v S. Tho. dicit passionē chri posse cōsiderari aut quo ad modū
aut quo ad participationē, si quo ad modū, sacrificavit chrūs s̄m
ordinē Aarō. i. modo cruento, si quo ad participatio.ē, s̄m
ordinē melchisech, q̄ obtulit sacrifm̄ p̄ quo participavit Abra
ham et socij eius, et cū in hoc cōsistat excelentia sacrificij chri
a sacrificijs veteris legis, seq̄ q̄ potius sacrificavit s̄m ordinē
Melchisech, q̄ Aaron, absolute tn̄ s̄m ambos, q̄ ambor
sacrifm̄ erat fig.ª sacrificij chri.
v Posset tn̄ dici, cum sacrifm̄ chri in cruce nō fuerit majore simi
litudinē cū sacrif.º Aarō, q̄ cū sacrificijs gentilium, q̄ et

erant

UGR Biblioteca Universitaria

erant cruenta, q̄ Xp̄s sacrificauit ~~ut~~ sẽm ordinẽ gentilium
et cum hec ppō, licet vera sit quoadmodū sacrificādi .i. cruentè,
nō videat' afirmādā, nec illa vtant' sti, vñ q̄ ē neq[ue] illa,
sacrificauit sẽm ordinẽ Aarō. | sed tñ sẽm ordinẽ Melchi-
sedech, tum in cruce, tum in cena. — verū tñ est q̄ sa-
crific.a gentilium erant ēt figura sacrificij chri, iux[ta] illud
apoca. 13. agnus q̄ occisus est ab origine mundi; Et ita dicit
S. Tho. // vide oīa alibi latius —

6 fol.

UGR Biblioteca Universitaria